



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXIIX. De officio vicarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

XXV. De officio primicerii.

Primicerius quoque archidiacono subest :
diaconis autem, & reliquis inferioribus,
eorumque disciplinæ præest. *cap. un.*

XXVI. De officio sacristæ.

Item sacrista: ad cuius curam pertinet cu-
stodia sacrorum vasorum, vestimentorum
ecclesiasticorum, ac totius thesauri ecclesia-
stici, nec non ceræ vel olei ad luminaria per-
tinentis. *c. un.* §. Tres reperio hujus appel-
lationes. Primo appellatur sacrista, ut hic.
Secundo thesaurarius. *d. 25. c. perleēt. in fin.*
Græce cimiliarcha. *C. de bon. auct. jud. poss. l.*
ultim. §. ult. nam res pretiosæ dicuntur Græce
τιμῆλια. 12. q. 2. c. Apostolicos. 13. Theoph. In-
tit. de rer. divis. §. sacra.

XXVII. De officio custodis.

Tertio custos ut *hoc. 1.* Nam hic custos a
sacrista parum, aut nihil differt: sed in
nonnullis ecclesiis vocantur sacristæ, in aliis
nominantur custodes.

XXIIX. De officio vicarii.

Hi de quorum officio hætenus diximus, i
suo nomine serviunt ecclesiæ, & Episco-
pi

pi sollicitudinem levant: vicarii vero alicui vicem gerunt. *Inf. lib. 6. c. 1.* Ideo a vicariis episcopi non ad ipsum episcopum, sed ad archiepiscopum appellatur. *Inf. lib. 6. de ap. lat. c. 3. in prin.* licet ab archidiacono & inferioribus praelatis ad episcopum appellatur. *d. cap. 3. §. 1.* §. Nota primo, rector parochialis ecclesie non per vicarium, sed seipsum illi ecclesie servire debere, nisi parochialis ecclesia sit dignitati vel prebendae nexa, quo casu qui talem dignitatem vel prebendam habet, cum debeat in majori ecclesia deservire, in parochiali ecclesia idoneum perpetuum vicarium constituit. *Inf. de preben. c. extirpanda. 39. §. qui vero.* §. Nota secundo, vicarium non posse alium vicarium sibi substituere *cap. 4.*

XXIX. De officio & potestate iudicis delegati.

DElegatus quoque vices alienas, id est delegantis gerit in causis sibi commissis. *sane quia. 11. §. c. cum olim magister. 33.* Huius officium in jurisdictione contentiosa certum est. §. Porro delegat vel Papa. *cap. 1. 3. §. p. b. t.* vel princeps, vel quilibet ordinarius. *Inf. de appell. c. cum causam. 62. in fin. §. C. jud. l. 5.* Sed hoc titulo vel solum, vel potissimum agitur de delegato a Papa, & de subdelegato. Unde quia hic in causa